Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

nio erheredes fiunt. Dum uel plura ambiunt uel optinere cuncta que ambierunt opossunt / uadunt qd scriptum ē. Quid prodest homini si totum mundum lucretur / anime uero sue detrimentum faciat. Ac si aperte uerius dicat. Quid prodest homini si totum qd extra se ē congregat / si hoc solum quod ipse est dampnat. Plerumq; autem cuius raptorum auaricia corrigitur. sim uerbis admonendi sunt quā fugiti qua fit presens uita monstratur. Si eorū ad medium memoria deducat qui a diuitiis in hoc mundo diu conati sunt. et tamen in adeptis diuicis diu manere nequiuerunt. Quibus festina mors repente et simul abstulit quicquid ea nequiuit nec simul nec repente congregauit. qui hic rapta reliquerunt. sed secum ad iudicium causas rapine detulerunt. Eorum itaq; exempla audiant quos in uerbis suis peuldubio et ipsi condempnant / ut cum post uerba ad cor redeunt / in mari salutis quos iudicant erubescant. · xxxii ·

Aliter admonendi sunt qui nec aliena appetunt nec sua largiuntur / atq; aliter qui et ea que habent tribuunt. et tamen aliena rapere non desistunt. Admonendi sunt namq; qui nec aliena appetunt nec sua largiuntur: ut sollicite sciant quod ea de qua sumpti sunt cunctis hominib⁹ terra communis ē / et iccirco alimenta quoq; omnib⁹ communiter profert. In cassum se ergo innocentes putant. qui commune di munus sibi priuatim uendicant /